

sive acquisituri estis, ut quieti et securi ab omni lesione permanere valeatis. Desiderio itaque atque rogatione prenotati episcopi, petitione quoque vestra, ut diximus, inclinati vos vestrosque successores sub nostre apostolice defensionis munimine suscipimus et bona omnia, quae iuste habet vel habitura est ipsa canonica¹ eiusdem ecclesiae sancti Petri, id est domum iuxta² eandem ecclesiam sitam perpetualiter iure canonico, antiqui etiam pauperum alteram domum hospitii, ecclesiam vero sancti Iohannis baptiste iuxta domum episcopi vestri³ domini, decimationes vero omnes⁴ plebis sancte Marie quae⁵ dicitur in Buida⁶, ecclesiam quoque sancte Mariae⁷ quae vocatur in Monte Palensi cum oblationibus et omnibus suis pertinentiis, medietatem⁸ vero omnium decimarum totius plebis sancti Petri quae vocatur in Barbarorum⁸ et cuncta oliveta Bononiensis ecclesiae quae⁹ sunt¹⁰ in territorio¹¹ Garde, insuper¹⁰ quoque quicquid de iure eiusdem sancte Bononiensis¹² ecclesiae¹³ nunc¹⁴ habetis¹⁵ vel iuste vos acquirere seu vestri¹⁶ successores¹⁷ potueritis¹⁸, totum etiam domnicatum eiusdem¹⁹ canonice sive cunctas res mobiles et immobiles quae²⁰ dici et nominari iuste possunt, ea etiam²¹ videlicet²¹ ratione, ut nullus iniuriam residentibus super terras ipsorum canonicorum colonis colonabusque facere presumat nec ipsos * distringere aut molestare audeat de cunctis eorum facultatibus, precepto confirmationis apostolice sedis tuitione corroborantes firmamus. Haec omnia quae²⁰ supra leguntur ut quiete et pacifice tenere et possidere, omnium hominum contradictione remota, valeant, precipimus. Optantes igitur iubemus, ut nullus dux marchio archiepiscopus episcopus comes vicecomes nullaque magna vel parva persona de cunctis prenomina[t]is rebus tam de ecclesiasticis²² quam de suis eos molestat sive in placito eos conturbet vel colonos et colonas eorum distringere seu aliquam publicam functionem solvere cogat. Quod qui temerario ausu fecerit, nisi infra XL dierum spatium emendaverit, anathematis vinculo obligetur et a liminibus sanctae aecclesiae²³ alienetur usque ad dignam

1) In B erstes n corr. aus o. 2) 'ixta' B. 3) In A hinter 'vestri' ein oder zwei Buchstaben ausradiert. 4) In B zugesetzt 'eiusdem matricis plebis Bononiensis, quas nunc habent vel iuste habere debent seu in futuro acquirere potueritis ('tis' corr. aus 'nt'), decimationes quoque cunctas'. 5) 'quae' B. 6) In B zugesetzt 'sicut a predicto Adalfrido episcopo vobis concedi videntur'. 7) 'Marię' B. 8) 'medietatem — Barbarorum' in A auf Rasur. 9) 'ecclesiae quae' B. 10) In A 'in territorio Garde' über der Zeile nachgetragen, 'quę sunt insuper' nachträglich eingeschoben und vorher etwas ausradiert. 11) B; 'territorio' A. 12) 'Bononienssis' B. 13) 'ecclesiae' B. 14) In A hinter 'nunc' zwei Buchstaben ausradiert. 15) In A hinter e ein Buchstabe ausradiert. 16) In A i corr. aus e, dahinter ein Buchstabe ausradiert. 17) 'es' auf Rasur in A. 18) In A zwischen i und t ein Buchstabe ausradiert. 19) Hinter 'dem' mehrere Buchstaben ausradiert in B. 20) 'quae' B. 21) A B. 22) In B Correctur am a. 23) 'ecclesiae' B.